



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 99. Pontificis molimina contra Farnesios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

§. XCIX.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1551.

*Pontificis molimina contra Farnesios.*

Interea Marinianus Marchio Cæsaris nomine Montechium, & Castrum novum cepit, eisque præsidia imposuit. Cum vero Pontifex recenti periculo edoctus idem fatum Castro aliisque Farnesianorum urbibus Romæ vicinis imminere metueret, Horatium tanquam Ecclesiæ hostem ad hanc Metropolin venire jussit, nec minus Farnesio Cardinali Urbinatem profecto, & Rainutio Cardinali ejus fratri diem dixit, ac Viterbiensem Legationem, qua hic posterior auctus erat, eidem ademit, eamque Carpio Cardinali contulit. Postea Rudolphum Ballonium unacum levioris armaturæ Equitibus alias corporis sui custodiæ designatis præter alia agmina Senis a Mendoza submissa ablegabat, ut omnia, quæ Farnesii in Campania Romana possidebant, occuparet. Nec id Rudolpho magni negotii res erat, eo quod Farnesiorum Fratrum Mater ultro has urbes traderet, pollicitatione facta, quod Pontifex eas bello confecto integra fide redditurus esset.

§. C.